GREGORII MAJANSII,

GENEROSI ET ANTECESSORIS VALENTINI,

EPISTOLARUM LIBRI SEX.

SUPERIORUM PERMISSU.

VALENTIÆ EDETANORUM,
Typis Ant. Bordazàr de Artâzu, Anno M.DCC.XXXII.

1ª 1699V
BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA ·

EMINENTISSIMO VIRO
D. D. ANDREÆ HERCULI
FLEURY,
S. R. E. CARDINALI
ſapientiſsimo,
ET REGIS CHRISTIANISSIMI
Adminiſtro Principi, integerrimo, vigilantiſsimoque,

Greg. Majanſius, Generoſus Valentinus,
S. P. D.

ETSI Pariſios mittere Libros perinde ſit ac Noctuas Athenas; tamen exiſtimo, imprudentia me non peccare, qui Librum proficiſci jubeo ab hac Urbe, unde ad iſtam tanquam ad literarium Emporium

GREGORII MAJANSII, GENEROSI, ET ANTECESSORIS VALENTINI, EPISTOLARUM LIBER PRIMUS.

I. *GREG. MAJANSIUS EMMANUELI MARTINO Decano Alonenſi S.D.*

IAMDIU eſt, *Emmanuel Martine* vir præſtantiſsime, ex quo ego ſuſpicio tuam egregiam doctrinam in diſciplinis omnibus, & cognitionem perfectiſsimam optimarum artium. Nam & Valentiæ *Thomam Vincentium Toſcam, & Joſephum Mignanam* tuas virtutes prædicantes perſæpe audivi; & Salmanticæ (poſtquam in hac Urbe ſum) nullus fere dies abiit, quin honorifica mihi de te mentio eſſet cum *Joſepho Borrullio* tui amantiſsimo. Hic aliquot epiſtolas tuas excribendas mihi dedit; quibus legendis, mirificam atque incredibilem voluptatem accepi, propter ſum-